Nicolai Copernici
Tractatus de Re-
volutionibus
orbium coelestium.

[illegible]



Das Manuscript enthält: 212 Blätter, außerdem 3 Vorblätter von denen das 1te leer ist, das 2te die Aufzählung der verschiedenen Eigenthümer u. das 3te Blatt den Namen: „Otto Nostitz" trägt, endlich 2 leere Nachblätter. —
im Ganzen also: 217 Blätter.

Zwischen dem 69 et 70ten Blatt ist ein Blatt herausgeschnitten.
Das 77te Blatt ist ein ganz leeres von dem oben ein zollbreiter Streif abgeschnitten ist.
Das 92te Blatt ist ein ganz leeres. —
Das 146te Blatt war herausgeschnitten u. ist wieder hineingeklebt.
Das 202te Blatt ist ein ganz leeres.
Zwischen dem 206te u. 207te Blatt ist ein Blatt herausgeschnitten.
1854.

Erwin Nostitz

Venerabilis & eximij
Iuris utriusq; Doctoris,
Dni Nicolai Copernick,
Canonici Varmiensis, in
Borussia Germaniæ ma-
thematici celeberrimi opus
de revolutionibus cœlestibus
propria manu exaratum:
& hactenus in bibliotheca
Georgij Ioachimi Rhetici,
item Valentini Othonis
conservatum, ad usum studij
mathematici procuravit
M. Iacobus Christmannus
Decanus Facultatis ar-
tium, anno 1603. die 19
Decembris.

Hunc librum à vidua piè defuncti
M. Jac. Christmanni digno redemptum
pretio, in suam transtulit Bibliothecam
JOHANNES AMOS NIVANUS: Anno 1614.
17 Januarij. Heidelbergæ.

Otto Mayer

Nter multa ac varia liarum artiumq; studia: qbus
hominū ingenia negotiantur, ea prepue amplectanda
existimo: summoq; prosequeda studio: quae in rebus pul-
cerrimis, et scitu dignissimis versantur. Quaha sunt
quae d diuinis mundi revolutionibus: cursuq; syderū
magnitudinibus: distantijs: ortu et occasu: ceteroq;
rumq; in coelo apparentiū causis, ptractat: ac totā
denicq; formā explicat. Quid aute coelo pulcrius
nempe quod continet pulcra omia: quod vel ipa nomina
declarant: Coelum et Mundus. hoc puritatis et ornamēti:
illud coelati appellatiōn. Ipsum plerisq; philosophorū ob mi-
riam eius excellentiā, visibile deum vocauerūt. Proinde
si artiū dignitates penes suā d qua tractat materiā aestimet
erit hec longe pstantissima: quā alij quide Astronomiam
alij Astrologiā: multi vero priscorū mathematues cōsu-
matione vocat. Ipsa ingeniū ingenuarū artiū caput: dig-
nissima homi libero: omnibus fere mathematues speciebus
fulcitur. Arithmetica Geometrica. optice: Geodesia Mecha-
nica et si que sint alie: omnes ad illam sese conferūt. At
cum omniū bonarū artiū sit abstrahere a vicijs: et homīs
mentē ad melora dirigere: hec pter incredibile animi
voluptatē abundātius id pstare potest. Quis eni inherendo
ijs quae in optimo ordine constituta videat diuina dispo-
satione dirigi: assidua eorū cōtemplatione: et quadam
consuetudine non prouocetur ad optima: admiretur q; opi-
ficem oim in quo tota felicitas est et omne bonū. Neque
eni frustra diuinus ille psalter delectatū se dixeret: factura
dei: et: operibus manuū eius exultabundū: nisi quod hysce
medijs: quasi vehiculo quoda ad summi boni contemplationē
pduceremur. Quatam vero utilitatē et ornamentum Reipub.
conferat: ut priuatorū comoda innumerabilia trasceamus
optime animaduertit plato. Qui in septimo Legū libro ido
maxie expetenda putat: ut p eam diem ordine in meses
et annos digestas tempa: solemnitates quoq; et sacrificia: Vna

vigilantemque redderet civitatem; et si quis, inquit, necessariam hanc negat homini optimarum doctrinarum qualibet percepturo stultissime cogitabit: et multum abesse putat: ut quisquam divinus effici appellarique possit: qui nec Solis: nec Lunæ: nec reliquorum syderum necessariam habeat cognitionem. Porro divina hæc magis quam humana scientia: quæ de rebus altissimis inquirit: non caret difficultatibus. Præsertim quod circa eius principia et assumptiones quas græci hypotheses vocant plerosque discordes fuisse videamus: qui ea tractaturi aggressi sunt: ac proinde non eisdem rationibus innixos. præterea quod syderum cursus et stellarum revolutio non potuerit certo numero definiri: et ad perfectam notitiam deduci: nisi cum tempore: et multis anteactis observationibus: quibus ut ita dicam per manus traderetur posteritati. Nam et si C. ptolemæus alexandrinus: qui admiranda sollertia et diligentia cæteris longe præstat ex quadringentorum et amplius annorum observatis totam hanc artem pene consummaverit ut iam nihil deesse videretur: quod non attigisset. Videmus tamen pleraque non convenire iis quæ traditione eius sequi debebant alijs etiam quibusdam motibus repertis illi nondum cognitis. Unde et plutarchus ubi de anno Solis vertente disserit: hactenus inquit, syderum motus mathematicorum peritiam vincit. Nam ut de anno ipso exemplificem: quam diversæ semper de eo fuerint sententiæ puto manifestum: adeo ut multi desperaverint posse certam eius rationem inveniri. ~~Attamen ne huiusce difficultatis~~ prætextu ~~ignavia videar contexisse~~, tentabo favente deo: sine quo nihil possumus, latius de his inquirere cum tanto plura habeamus adminicula: quæ nostræ subveniant institutioni: quanto maiori temporis intervallo huius artis auctores nos præcesserunt: quorum inventis: quæ a nobis quoque de novo sunt reperta comparare licebit. Multa præterea aliter quam priores fateor me traditurum: ipsorum licet munere: utpote qui primum ipsarum rerum inquisitionis aditum patefecerunt.

Ita de alijs stellis

Quod mundus sit sphæricus. Caput primum

Principio advertendum nobis est globosum esse mundum sive quod ipsa forma perfectissima sit omnium: nullo indigna compagine tota integritas: ~~cui neque addi vel minui possit~~. Sive

quod ipsa capacissima sit figurarum: quae comprehensurum omnia et conservaturum maxime decet: sive etiam quod absolutae quaeque mundi partes (Solem dico Lunam et stellas) tali forma conspiciantur: sive quod hac universa appetunt terminari quod in aquae guttis caeterisque liquidis corporibus apparet dum per se terminari cupiunt: Quo minus talem formam divinis corporibus attributam quisquam dubitaverit

Quod terra quoque sphaerica sit Cap. ii

Terram quoque globosam esse: quoniam ab omni parte centro suo innititur. Tametsi absolutus orbis non statim videatur in tanta montium excelsitate: descensuque vallium: quae tamen universam terrae rotunditatem minime variant. Quod ita manifestum est. Nam ad septentrionem undequaque commeantibus vertex ille diurnae revolutionis paulatim attollitur: altero tantundem ex adverso subeunte: pluresque stellae circa septentriones videtur non occidere: et in austro quaedam amplius non oriri. Ita Canopum non cernit Italia. Aegypto patentem Et Italia postremam Fluvii stellam videt: quam regio nostra plagae rigentioris ignorat. Econtrario, in austrum transeuntibus attolluntur illa residentibus iis quae nobis excelsa sunt. Interea et ipsae polorum inclinationes ad emensa terrarum spatia eandem ubique rationem habent: quod in nulla alia quam sphaerica figura contingit. Unde manifestum est terram quoque verticibus includi: et propterea globosam esse Adde etiam quod defectus solis et Lunae vespertinos, orientis incolae non sentiunt: neque matutinos ad occasum habitantes Medios autem, illi quidem tardius: hi vero citius vident. Eidem quoque formae aquas inniti, a navigantibus deprehenditur quoniam quae e navi terra non cernitur: ex summitate mali spectatur. Ac vicissim: si quid in summitate mali fulgens adhibeatur, a terra promoto navigio: paulatim descendere videtur in littore manentibus: donec postremo quasi occidendo occultetur. Constat etiam aquas sua natura fluentes inferiora semper petere: eadem quae terra: nec a littore ad ulteriora niti: quam quatenus convexitas illius ipsius patiatur Quaobrem tanto excelsiorem terram esse convenit: quaecunque ex oceano assurgit

Quomodo terra cum aqua unum globum perficiat C. iii

Huic ergo circumfusus oceanus maria passim profundens

decliniores eius descensus implet. Itaq; minus esse aquarum q̄
terræ oportebat: ne tota ab̄ sorbuisset aqua tellurē e ambobus
in idē centrū cōtendentibus grauitate sua: sed ut aliquas terræ
partes animātium saluti relinqueret: atque tot hinc inde pateret
insulas. Nam et ipa cōtinēs, terrarūq; orbis, quid aliud est
quā insula ~~maior~~ maxima cæteris. Nec audiendi sunt pepatetici
quidā: qui vniuersam aquā decies maiorē tota terra maiorē
produderūt. Q̄ scilicet in trāsmutatiōn elemētorū ex aliqua
parte terræ fiat decē aquarū fiat in resolutione fiat, cōtestūr
arguentes: aiūtq; terrā quadātenus sui prominere: quod
nō vndequaq; sedm grauitatē æq̄ laboret cauernosa existēs
atq; aliud esse centrū grauitatis: aliud centrū magnitudis
Sed fallūtur geometrices artis ignoratia: nescientes quod
neq; septies aqua potest esse maior: vt aliqua pars terræ
siccaretur: nisi tota centrū grauitatis enatuaret: daretq;
Locum aquis: tamq̄ se grauioribus. Quoniā sphæra seminis ad
habet in tripla ratione sunt suoꝝ dimetientiū. Si igitur septē
partibus aquarū terra esset octaua: diameter eius nō posset
esse maior: q̄ quæ ex centro ad circumferētiam aquarum.
Tantum abest: ut etiā decies maior sit aqua. Q̄ etiam
nō sit aliquid inter centrū grauitatis terræ et magnitudinis
eius: hinc accipi potest: quod conexitas terræ ab oceano
expaciata nō continuo semp intumescit abscessu: alioqui
arceret q̄ maxime aquas marinas: nec aliquo modo sineret
interna maria tam vastosq; sinus irrumpē. Rursum
a littore oceani: nō cessaret aucta semp aquarū profunditas
abyssi: quo minus insula vel scopulus vel terremū aliquā
amplius occurreret nauigantibus longius progressis.
Iam vero constat inter ægyptū mare arabicumq; sinū
vix quidem supesse stadia in medio fere orbis terrarum
Et vicissim ptolæmæus in sua Cosmographia ad medium
usq; circulū terrā habitabilē extendit: relicta insup in-
cognita terra: ubi vectores Cathagia et amplissimas
regiones: usq; ad lx circuli longitudinis gradus adue-
nerūt: ut iam maiori longitudine terra habitetur quā
sit reliquū oceani. His etiamnum si addantur insulæ etatē
nra, sub hispanarū Lusitanieq; principibus repertæ et
præsertim Americus ab inuentore denominata nauiū p̄fecto

Quā ob icomptam adhuc eius magnitudinē: alterū orbem ~~orbem~~ terrarū putat: ꝑter multas alias insulas antea incognitas quo minus etiā miremur antipodes sive antichthones esse: Ipsam enī Americā geometrica ratio ex illius situ Indiae gangeticae e diametro oppositam credi cogit. Ex his demū omnibus puto manifestū: terrā simul et aquā uni centro gravitatis inniti: nec esse aliud magnitudinis terrae: quae cum sit gravior dehiscentes eius partes aqua expleri: et idcirco modicā esse coparatione terrae aquā: et si supficietenus plus forsitan aquae appareat. Talem quippe figurā habere terrā cum circūfluentib: aquis necesse est: qualem umbra ipsius ostendit: absoluti enī circli ~~ci~~ circūfractibus Lunā deficientem efficit. Non igitur plana est terra, ut Empedocles et Anaximenes opinati sūt. Neq; tympanoides, ut Leucippus: neq; Scaphoides, ut Heracletus: nec alio modo cava, ut Democritus. Neq; rursus Cilyndroides, ut Anaximander. Neq; ex inferna parte infinita radicitus crassitudine submissa, ut Xenophanes: sed rotunditate absoluta, ut philosophi sentiunt

Quod motus corporū cælestiū sit æqualis ac circularis: perpetuus: vel ex circularibus compositus Ca iiij

Post haec memorabimus corporū cælestiū motum esse circulare. Mobilitas enī sphaerę: est in circulum volvi: ipo actu formā suam exprimētis: in simplicissimo corpore, ubi non est repire. principium et finē: nec unū ab altero secernere: dum p eadē in seipsā movet^r. Sunt autem plures penes orbiū multitudinē motus. Apertissima omniū est cotidiana revolutio: quā græci νυχθημερον vocant hoc est diurni nocturniq; tpis spatiū: Hac totus mūdus labi putatur ab ortu in occasum; terra excepta. Hæc mensura comunis oīm motuū intelligitur: cum etiā tempus ipm numero potissime dierum metimur. Deinđ alias revolutiones tamquā contranitentes, hoc est ab occasu in ortum videmus. Solis inquā Lunæ et quinq; errantiū Ita Sol nobis annū dispensat. Luna menses: vulgatissima quoq; tempora. Sic alij quinq; planatæ suum quisq; circuitum facit. Sunt tamē in multiplici differentia: primū quod nō in eisdē polis: quibus primus ille motus obvolvuntur; ꝑ obliquitatē signiferi currētes: Deinđ quod in suo ipo circuitu, nō videntur æqualiter ferri. Nam Sol et Luna modo tardi: ~~modo~~: modo velociores cursu đprehenduntur Cæteras autem quinq; errantes stellas: quandoq; etiā repedare et hinc inđ stationes facere cernimus. Et cum Sol suo semp et directo itinere proficiscatur, illi varijs modis errant

modo in austrū modo in septētrionē euagantes · Vnde planetæ dicti sint! Adde etiā quod aliquādo propinquores terræ fiunt et perigæi vocantur alias longiores: et dicuntur apogæi. fateri nihilominus oportet circulares esse motus: vel ex pluribus circulis compositos: eo quod inæqualitates hmoj. certa lege statisq; observāt restitutriorbis: quod fieri nō posset, si circulares non essent: Solus em circulus est: qui potest pausta reducere. Quæ admodū verbi gra Sol motu circulorū composito; diei et noctiū inæqualitatē et quatuor anni tpa nobis reducit in quo plures motus intelligūtur. Et idcirco fieri oēgt Quomā fieri oēgt; ut tale ste corpus simplex vno orbe inæqualiter moueat Id em euenire oporteret; vel pp virtutis mouentis inōstantiā sue asistiria sit: sue intima natura: vel propter revoluti corpis disparitatē. Cum vero ab vtrūq; abhorreat intellectus: sitq; id quod tale quitq; quidda in illis existimari: quæ in optima sunt ordinatione constituta: consentaneū est; æquales illorū motus apparere nobis inæquales: vel pp diuersos illoy polos circulorum: sue etiā; quod terra non sit i medio circuloy in qbus illa volūtur: si nobis a terra spectantibus horū transitus sydriū arridat ~~visui eros nō~~ æquales seruare distatias ~~ab omi parte illorum orbiū. sed ut~~ propinqora semp remotioribus maiora = videri ~~videantur~~ (ut in opticis est demonstratū) sic in circumferetijs orbis æqualibus (ob diuersam visus distantiā apparebunt motus inæquales temporibus æqualibus. Quā ob causam ante oīa puto necessariū: ut diligenter aduertamus; quæ sit ad cælum terræ habitudo: ne dum excelsissima scrutari volumus: q nobis proxima sint ignoremus: ac eodē errore quæ telluris sunt attribuamus cælestibus

An terra competat motus circularis et ad loca eius Ca v.

Jam quide demonstratu est terra quoq; globi formā habere videndum arbitror: an etiā formā eius sequatur motus et que locum vniuersitatis optineat: sive quibus nō est certa inuenire certam apparentiam in ista ratione. Quamquā in medio mūdi terra quiescere inter autores plerumq; conuenit ut inoppugnabile putet sine etiā ridiculū contrariū sentire Si tamē attentius rem considerem⁹: videbitur hæc quæstio nondū absoluta et idirco minime cōtemnenda. Omnis em q mouetur sedem locum mutatio; aut est pp spectati rei motum: aut videntis: aut certe dissimilē utriusq; mutationē

Nam inter mota æqualiter ad eadem: non percipitur motus: inter visum dico et videns. Terra autem est: unde cælestis ille circuitus aspicitur: et visui reproducitur nostro. Si igitur motus aliquis terræ deputetur, ipse in universis quæ extrinsecus sunt idem apparebit sed ad partem oppositam tanquam prætereuntia: qualis est revolutio quotidiana inprimis: Hæc enim totum mundum videtur rapere, præterquam terram: quæque circa ipsam sunt. Atque si cælum nihil de hoc motu habere concesseris: terram vero ab occasu in ortum volvi: quantum ad apparentem in Sole et Luna et stellis ortum et occasum: si quis serio animadvertat inveniet hæc sic se habere. Cumque cælum sit quod continet omnia et celat omnia communis universorum locus: non statim apparet: cur non magis contento quam continenti, locato quam locanti motus attribuatur. Erant sane huius sententiæ Heraclides et Ecphantus pytagorici F in medio mundi terram volventes: Existimabat enim stellas obiectu terræ occidere: easque cessione illius oriri. Quo assumpto sequitur et alia, nec minor de loco terræ dubitatio: quamvis iam ab omnibus fere receptum creditumque sit, medium mundi esse terram. Quoniam si quis neget medium sive centrum mundi terram obtinere nec tamen fateatur tantam esse distantiam, quæ ad non erratilium syderum stellarum sphæram comparabilis fuerit: sed insignem ac evidentem ad Solis aliorumque syderum orbes: putetque propterea motum illorum apparere diversum: tanquam ad aliud sint regulata centrum quam sit centrum terræ: non ineptam forsitan poterit diversi motus apparentis rationem afferre. Quod enim errantia sydera propinquiora terræ: et eadem remotiora cernuntur, necessario arguit centrum terræ non esse illorum circulorum centrum. Quo minus etiam constet, terra ne illis, an illa terræ annuant et abnuant nec adeo mirum fuerit: si quis præter illam quotidianam revolutionem, alium quendam terræ motum opinaretur. Nempe terram volvi: atque etiam pluribus motibus vagantem: et unam esse ex astris Philolaus pythagoricus sensisse fertur: mathematicus non vulgaris: utpote cuius visendi gratia Plato non distulit Italiam petere: quemadmodum qui vitam platonis scripsere tradunt. Multi vero existimaverunt geometrica ratione demonstrari posse: terram esse in medio mundi: et ad immensitatem cæli instar puncti centri vicem obtinere: ac ea ob causam immobilem esse: quod moto universo centrum manet immotum: et quæ proxima sunt centro tardissime feruntur. ~~Ut Euclides in phænomenis hoc modo~~

F ac Nicetus Syracusanus
apud Ciceronem F

Quod ẽm hæc tanta terræ moles nullã habeat æſtmationẽ ad cæli magnitudĩe ex eo poteſt intelligi. Quoniã finitores circuly (ſic ẽm oριζοντας apud græcos interpretãtur) totã cæli ſphæram biſariã ſecãt: quod fieri nõ poſſet: ſi inſignis eſſet terræ magnitudo ad cælũ comparata: uel a centro mũdi diſtantia. Circulus ẽm biſariã ſecãs ſphærã: p centrũ eſt ſphæræ: et maximus circũſcribilium circulus. Eſto namq; horizon circulus a b c d: terra vero ad quã uerſus mẽ ſit e et ipm centrũ horizontis in quo diametri affirmãtur apparentia ab nõ apparentibus. Aſpiciatur aũte p dioptram ſiue horoſcopũ ex chorobate in e collocatã principium arietis exorientis in c puncto: et eo momẽto apparet capricorni principiũ occidere in a. Cum igitur a e c fuerint in linea recta p dioptrã, conſtat ipam eſſe dimetientem ſigniferi: eo quod ſex ſigna ſemicirculũ apparentia terminãt et e centrũ idem quod horizontis. Rurſus commutata reuolutione: qua principiũ capricorni oriatur in b videbitur quoq; tunc arietis occaſus in d: erit q̃q; b e d linea recta et ipa dimetiens ſigniferi. Jam vero apparuit etiã a e c dimetiente eſſe emiſph circuly: patet in ſectione cõmuni illũ eſſe centrũ. Sit igitur horizon circulus ſigniferi q maximus eſt ſphæræ circulus biſariam ſemp diſpeſcat. Atqui in ſphæra ſi circulus per medũ alique maximorũ ſecat: ipe quoq; ſecãs maximus eſt: maximorũ ergo omnis eſt horizon. et centrum eius idem quod ſigniferi prout apparet: cum tamẽ neceſſe ſit aliã eſſe lineã q a ſuperfine terræ et quæ a centro. ſed pp ĩmenſitatem reſpectu terræ ſunt ſimiles parallelis: quæ primã diſtantia termini, apparet eſſe linea vna: quandoquidem quod continet ſpacium, ad earum longitudinem efficitur incomparabile ſenſu: eo modo, quo demonſtrat in optricis. Quod eorum quæ ſpectantur omnino longitudĩe interualli habet aliquã: quo admẽſante non amplius ſpectatur. Hoc nimirũ argumẽto ſatis apparet, ĩmenſum eſſe cælũ compatione terræ: ac infinitæ magnitudĩs ſpeciẽ p ſe ferre: ſed ſenſus æſtimatione terrã eſſe reſpectu cæli: ut punctũ ad corpus



et finiti ad infinitum magnitudine: nec aliud dmonstrasse videt°
Nec enim sequitur: in medio mundi terrā quiescere oportere. quin magis etiā miremur: si tanta mūdi vastitas sub xxiiij horarū spacio revolvatur potius: quā minimum eius, quod est terra
Nam quod aiūt centrū immobile, et proxima centro minus moveri nō argūt terra in medio mūdi quiescere: nec aliter q̄ si diras cælum volui: at polos quiescere: et quæ proxima sunt polis minime moveri. Quēadmodū Cynosura multo tardius moveri cernitur. q̄ aquila vel ramicula: quia circulū describit minorē proxima polo. cum ea omnia omnius sint sphæræ eiusmodi mobilitas ad axem suū desinēs. oīm suarum partiū motum sibi iuncrem nō admittit æqualē: quas tamē paritate tpis nō æqualitate spacij revolutio totius reducat. Ad hoc ergo nititur ratio argumenti: quasi terra pars fuerit cælestis sphæræ eiusdemq; speciei et motus. ut quæ proxima centro parum moueatur. Movebitur ergo et ipa corpus existes non centrum sub eodē tpe ad similes cælestis circuli circuitus ferētias luret minores. Quod q̄ falsum sit Lucē clarius est: oporteret em alio in loco semp esse meridiē alio semp mediā noctē: ut nec ortus et occasus quotidiani possent accidere: cum unus et insepabilis fuerit motus totius et partis. Eorum vero quæ differentia rerū absolut, longe diuersa ratio est: vt quæ breviori clauduntur ambitu revoluūtur citius his q̄ maiorē circuitum ābiunt. Sic saturnū supmum erratum sydus trigesimo anno revolvitur: et Luna q̄ proculdubio terræ proxima est mensirū complet circuitū: et ipa demq; terra diurni nocturni tpis spacio circuire putabitur
Resurget ergo eadē de quotidiana revolutione dubitatio
Sed et locus eius adhuc quæritur minus etiā ex supductis cortus. Nihil em aliud habet illa dmonstratio quam indefinitam rēm ad terra magnitudinē: At quousque se extendat hæc immensitas minime constat. Quēadmodū ex adverso in minimis corpusculis: ar insectilibus q̄ atomi vocantur: cum sensibilia nō sint duplicata vel aliquoties sumpta: nō statim componūt visibile corpus. At possunt adeo multiplicari. ut demū sufficiat apparentē coalescere magnitudinē. Ita quoq; de loco terræ, quamus in centro mundi nō fuerit distantia tamē imperabilem adhuc esse

ipa
a

presertim ad nō errantiū stellarū sphæra

Cur antiq arbitrati sint terrā in medio mūdi quiescere tamq̄ centrum

Quā ob rem alijs quibusdā rationibus presti philosophi ornati sint astrueze terrā in medio mundi consistere, potissimā vero causam allegant grauitatis et leuitatis. Quippe grauissimū est terrae elemētum: et ponderosa omnia feruntur ad ipam: in mtmū eius conspirantia medium. Nam globosa existente terra in quā grauia undequaq̄ rectis ad superficiē angulis suapte natura feruntur: nisi in ipa superficie retineretur ad centrū eius conuenirent. Quandoquidem linea recta: quae se planitiei frontem quā sphæra contingit, rectis accomodat angulis, ad centrum ducit. Ea vero quae ad medium feruntur: sequi videtur, ut in medio quiescāt. Tanto igitur magis tota terra conquiescet in medio: et quae caderint omnia in se receptat suo pondere immobilis permanebit. Idē quoq̄ comprobare nituntur ratione motus et ipius natura. Vnius quippe ac simplicis corporis simplicem esse motū aut Aristoteles. Simplicium vero corporū motum alium rectū: alium circularē. Rectoq̄ autē alium sursum: alium deorsum. Quocirca omne motum simplicē: aut ad medium esse: qui deorsum: aut a medio, q̄ sursum: aut circa medium: et ipsum esse circularē. Modo conuenit terrae quidem et aquae, quae grauia existimantur deorsū ferri: quod est medium petere. Aeri vero et igni quae leuitate prædita sint: sursum et a medio remoueri: Consentaneū videtur: his quatuor elementis rectum conuexi motum: cœlestibus autē corporibus circa medium in orbem volui. Hæc Aristoteles. Si igitur inqt Ptolemæus alexandrinus terra volueretur saltem reuolutione quotidiana, oporteret arridere contraria suprapositis. Etenim concitatissimū esse motum oportet: ac celeritate eius insuperabile: quae i xxiiij horis totum terrae trāsmitteret ambitū. Quae vero vel pentima vertigine conuertantur: videntur ad collectionē prorsus inepta: magisq̄ penitus dissoci: nisi cohærentia aliqua firmitate continearntur: et iamdudū inqt dissipata terra cœlū ipum, quod admodū riduculosū est, exaudisset: et eo magis animata atq̄ alia quærimq̄ soluta onera hautquaq̄ incussa maneret. Sed neq̄ cadentia

in directum suburet ad destinatu sibi locum: et ad ppendiculu;
tanta interim pritate subducetum. Nubes quoq; et greuia
alia in aere pendentia semp in occasum ferri videremus
Solutio ductarum rationu ac earum insufficientia ca viij
tis sane et similibus causis aiut terra in medio mudi gesse
et proculdubio sic se habere. Verum si quispia volui terra
opinetur: duret utiq; motu esse naturale: non violentum
Quae vero secdm naturam sunt contrarios oparetur effectus
his quae secdm violentiam. Quae cum Quibus em vis vel im
petus infertur dissolui necesse est: et dui subsistere nequeunt
Quae vero a natura sunt recte se habent et conseruantur
in optima sua coposituone. frustra ergo timet ptolemaeus
ne terra dissipetur, et terrestria oia dissipentur in revolutiom
forta p efficatia naturae: quae longe alia est q artis: vel
quae assequi possit humano ingenio. Sed cur no illud etiam
magis de mudo suspectur: cuius tanto velociore esse motum
oportet: quato maius est caelum terra. An ideo imensu fortius
est mudus caelum: quod ineffabili motus vehementia diri
mitur a medio: collapsuru alioq si staret? Certe si terram habet
hac ratio magnitudo quoq; caeli habebit in infinitu. Nam
quanto magis ipo motus impetu rapiatur in sublime: tanto
velocior erit motus: ob crescentem semp circumferentiam
qua necesse sit in xxiiij horaru spacio ptransire, ac vicissim
crescente motu, crescet mensuras caeli. Ita velocitas magni
tudine: et magnitudo velocitate in infinitu sese promouebit
At iuxta illud axioma physicum: quod infinitu est ptransiri
negt: nec ulla ratione moueri. Stabit ergo necessario caelum
Sed durant extra caelu non esse corpus: non locu: no vacuu
ac prorsus nihil. et idcirco no esse, quo possit euadere caelum
time sane mirum est: si a nihilo potest cohiberi aliquid
At si caelum fuerit infinitu: et mteriori tantumodo finitum
conuexitate; magis forsitan verificabitur extra caelum
esse nihil: cum vnaquaq; fuerit in ipo; quamcuq; occu
paverit magnitudine sed pmanebit caelum immobile. Na
potissimu quo astruere nituntur mundum esse infr finitu
esse motus. Sue igitur finitus sit mudus sue infinitus, dis
putatiom physiologorum dimittamus: hoc certum habetes
quod terra vertenbus rochusa superficie globosa terminat

Cur ergo hæsitamus adhuc mobilitatē illi formæ suæ a
natura ꝯgruentem concedere magis q̄ totus labatur mūdus
cuius finis ignoratur: terraq; negt: negq fateamur ipius quo-
tidianæ reuolutionis in cælo apparentiam esse et ī terra ve-
ritatem. Et hæc pinde se habere ac si diceret Virgilianus
Aeneas, dum ait: prouehimur portu terraq; urbesq; recedunt
Quoniā fluitante sub trāquillitate nauigio: cuncta quæ
extrinsecus sunt ad motus illius imaginem moueri cernuntur
a naugantibus: ac vicissim se quiescere putāt cum omnibus
q̄ secum sunt. Ita nimirū in motu terræ potest cōtingere
vt totus circuire mundus existimetur. Quid ergo dicerem
de nubibus: cæteris q̄ quomodolibet in aëre pendentibus:
vel subsidentibus: ac rursum tendentibus in sublimia? nisi
quod nō solum terra cum aqueo elemento sibi cōmisto sic mo-
ueatur: sed nō modica quoq; pars aëris: et quæcunq; eodem
modo terræ cognatione habent. Siue propinquus aer terrea
aqueaue materia permixtus eandē sequatur naturā quam
terra: siue quod acquisitus sit motus aeris: quē a terra
per contiguitatē ꝑpetua reuolutione ac absq; resistentia
participat. Vicissim nō dispari admiratione supnam aëris
regionem motum sequi celeste aiunt: quod repentina illa
sydera Cometæ inq̄ et pogoniæ vocata a græcis inducat
quarū generationem ipm deputat Lorī: quæ mistar aliosq;
quoq; sydera oriuntur et occadunt. Nos ob magnā a terra
distantiā eam aëris partē ab illo terrestri motu destitutam
dicere possumus. prima tranqllus apparebit aer: q terræ
proximus: et in ipo suspensa. Nisi vento vel alio quouis
impetu: ultro citroq; ut contigit agitentur. Quid enim
est aliud ventus in aëre q̄ fluctus in mari? Cadentiū
vero et ascendentiū duplicem esse motū fateamur oportet
mūdi compatione: et omnio compositū ex recto et circu-
lari. Quandoquidem q̄ pondere suo deprimuntur. cum sint
maxime terrea: non dubiū: qui eandē seruet partes na-
turæ: quā sui totum. Et alia ratione contingit in
ijs: quæ venea vi rapiuntur ī sublimia acendit. Nam
et terrestris hic ignis terrena potissimū materia alitur
et flāmam non aliud esse definiūt q̄ fumū ardentem
Est autē ignis proprietas, extendere quæ tua serit: quod

/ quod /

essint tanta vi: ut nulla ratione: nullis machinis possit co-
hiberi: qñ rupto carcere suũ exp̃leat opus. Motus autem
extensimus est a centro ad circumferẽtiam. Ac perinde si qd
ex terrenis partibus attensum fuerit fertur a medio in sub-
lime. Ignitur, quod aũt simplicis corporis esse motũ sim-
plicẽ, de circulari imprimis verificatur: quãdiu corpus
simplex in loco suo naturali ac unitate sua pmanserit. In
loco siquidẽ nõ alius q̃ circularis est motus: qui manet in
se totus: quiescenti similis. Rectus aũt supuenit ijs quæ
a loco suo naturali pegrinãtur vel extrudũntur: vel quomodo-
libet extra ipsum sint. Nihil autẽ ordinationi totius et
formæ mundi tantum repugnat: quãtum extra locũ suum qdquam
esse. Rectus ergo motus nõ accidit: nisi rebus nõ recte
se habentibus: neq; pfectus secdm naturã: dum separatur
ẽt suo toto et eius deserũt unitatẽ. Præterea q̃ sursum
et deorsum aguntur, etiã absq; circulari, nõ faciunt motũ
simplicẽ uniformẽ et æqualẽ, lentate em vel sup̃deris
impetu nequunt temperari. Et quæcunq; decidũt a principio
lentum facietia motũ, velocitatẽ augent cadendo: Ubi-
cunq; uersum uersum agit hmõi terrenũ (neq; em aliũ videmꝰ)
raptum in sublime statim languescere cernimus: tanq̃
confessa causa uiolentiæ terrestris materiæ. Circularis
autẽ æqualiter semp̃ uoluitur: indefinentẽ em causam
habet: Ille vero desinere festinantẽ. Consecuta siquidẽ ſ per quẽ
locũ suũ cessãt esse grauia vel lenia: cessatq; Ille motus
Cum ergo motus circularis sit uniuersorũ, partiũ vero
etiã rectus, dicere possumus manere cũ recto circularem
sicut cum ægro animal. Nempe et hoc: quod Aristoteles
in tria genera distribuit motum simplicẽ: a medio: ad me-
dium: et circa medium, rationis solũmodo actus putabitur
Quemadmodum Lineã: punctum: et superficiẽ seterminus qdẽ
cum tamẽ unum sine alio nec subsistere nequeat et nullum
eorum sine corpore. His etiã accedit: quod nobilior atq;
diuinior conditio immobilitatis existimatur, qua mutationis
et instabilitatis, quæ terræ magis ob hoc q̃ mundo conueniat
Addo etiã quod satis absurdum uidentur: continenti
sue locanti motum asscribi: et nõ potius contẽto et lo-
cato: quod terra est terra. Cum demiq; manifestum sit
errantia sydera propinqora fieri terræ ac remotiora

erit tñ etiam qui circa medñ (quod volñt esse centrñ terræ
a medio quoq; et ad ipsum omnis corporis motus. Oportet
igitur motum: qui circa medñ est generalius accipere:
ac satis esse: dum omnisquisq; motus suipsius medio
incumbat. Vides ergo, quod ex his omnibus proba-
bilior sit mobilitas terræ: quã eius quies: præsertim
in quotidiana reuolutione: tamq; terræ mayus ppria
Et hæc ad prima quæstionis partẽ puto sufficere
An terræ plures possint attribui motus et à centro mũdi
Caputulum xãij ~t
Cum igitur nihil prohibeat mobilitatẽ terræ: Videndum
mihi arbitror, an etiã plures illi motus conueniant: vt
possit vna errantiũ syderum existimari. Quod enim
õim reuolutionũ centrñ non sit: motus erratum inæ-
qualis apparebit: et variabilis eorñ a terra distantiæ
declarant: quæ in homocentro terræ circulo nõ possunt
intelligi. Pluribus ergo existentibus centris: de cẽtro quoq;
mundi non temere quis dubitabit: an videlicet fuerit: istud
grauitatis terrenæ: an aliud. Equidẽ existimo grauitatẽ
nõ aliud esse: quã appetitum quandã naturalẽ partibus
~~quæ~~ inditam illis a diuina prouidẽtia opificis vniuersorñ
vt in vnitatẽ integritatemq; suã sese conferat in formam
globi coeuntes. Quã affectionẽ credibile est etiã Soli: Lunæ
cæterisq; errantiũ fulgoribus inesse: ut eius efficacia ĩ ea
qua se repræsentat votumdutate pmaneat: quæ mihi lorimus
multis modis suos efficiunt circuitus. Si igitur et terra
faciat alios: utputa secñm centrñ: necesse erit eos esse qui
similiter ~~ex~~ extrinsecus in multis apparet: e quibus inue-
nimus annuũ circuitum. Quoniã si permutatus fuerit
a Solari in terrestrẽ, Soli imobilitate relicta conuersa,
ortus et occasus signorum ac stellarũ fixarũ: quibus
matutinæ vesperinæq; fiunt, recte modo apparebunt
errantiũ quoq; stationes: retrogradationes atq; egressus
nõ illorum: sed telluris esse motus videbitur: quæ illa
suis mutuant apparentijs. Ipse denicq; Sol medii mundi
putabitur possidere. Quæ omnia ratio ordinis: quo illa
sibi inuicem succedũt: et mundi totius armonia nos docet
si modo rem ipsam ambobus (ut aiũt) oculis inspiciamus

De ordine cælestiū orbium Cap ~~xxc~~ x

Altissimū visibilium omniū, cælū fixarū stellarum esse ne-
minē video dubitare. Errantiū vero seriē penes vevo-
lutionū suarū magnitudinē aeripe voluisse priscos phi-
losophos, assumpta ratione, quod æquali celeritate dela-
torum quæ longius distant tardius ferri videntē: ut apd
Euclidem in optricis demōstratur. Ideoq; Lunā brevissimo
tpis spacio circuire existimat: quod proxima terræ minimo
circulo volvatur. Supremum vero Saturnū: qui plurimo
tpe maximū ambitum circuit: Sub eo Iouē: post hunc
Martē. De Venere vero atque Mercurio diuersæ reputur
sententiæ: eo quod nō omnifaria elongantur a Sole, ut illi.
Quamobrē alij supra Solē eos collocant: ut platonis Timæus
alij sub ipo: ut ptolemæus: et bona pars recentiorū. Alpe-
tragius supiorē Sole Venerē facit: et inferiorē Mercurium.
Iqtur qui platonē sequūtur: quod existimēt omnes stellas
obscura aliq corpora, Lunæ Solarj concepto resplendere: si
sub Sole essent: ob nō multam ab eo diuālsionē, dimidia:
aut certe a rotunditate deficientes cernerētur. Dia lunē
sursum ferrē: hoc est versus Solē referret acceptū: ut in
nona Luna vel desinēte videmus. Oportere etia aiūt obiectu
eorum, quandoq; Solē impediri: et pro eorum magnitudine
Lunē illius ~~impediri~~: quod cum nūquam appareat: nullatenus — defuere
Solem eos subire putant. Contra vero qui sub Sole Venerē
et Mercurium ponūt, ex amplitudine spacij: quod inter Solē
et Lunā continet verendum ratione. Maxima esti Lunæ a
terra distantiam, partium sexaginta quatuor: et sextantis vnius
qualiū quæ ex centro terræ est vna, ~~reptum~~, inuenerūt deies
octies fere ussq; ad minimum Solis interuallū continerī: et illam
esse partiū Mclx: inter ipm ergo et Lunā Alx Miiijc. pro-
inde ne tanta vastitas remaneret iamis, ex absidū interuall
quibus crassitudinē illorū orbiū ratiocinant, compūt eosdē
proxime rompleri numeros. Vt altissimæ Lunæ succedat in-
fimū Mercurij: cuius summū proxima Veneris signatur
quæ demū suma absida sua ad infimū Solis quasi ptingat.
Etem inter absides Mercurij pfatarum partiū clxxxij s
fere supputat: deinde reliquū Veneris interuallo partiū
cMx. proxime rompleri sparū. Non ergo fatentur i
stellis oparitatē esse aliquā Lunarj simile: sed vel ppria
Lunæ: vel solari totis imbuto corporibus fulgere et idcirco

Machometus

Solem nō impediri : quod sit eventu rarissimū : ut aspectui Solis interponantur : latitudine plerumqꝫ cedentes . Præterea qđ parva sit corpora cōparatione Solis : cum Venus etiā Mercurio maior existens vix centesimā Solis partem obtegere potest : ut vult ~~Albategnius~~ Aratenj : qui ~~decupla~~ decuplo maiore existimat Solis dimetientem . Et ideo nō facile videri tantillā sub pclarissimo lumine maculā . Quamvis et Averroes in ptolemaica parafrasi nigricās quiddam se uidisse meminit : quādo Solis et Mercurij copulā numeris inveniebat expositā : ac ita decernūt hæc duo sydera sub Solari circulo moveri . Sed hæc quoqꝫ ratio quā infirma sit et incerta ex eo manifestum : quod cum xxxviij sint eius q̄ a centro terræ ad supficie usqꝫ ad proxima Lunā scdm ptole. sed scdm veriore æstimatione plusq̄ iL : ut infra patebit : nihil tamē aliud in tanto spacio novimus cōtineri q̄ aerē et si placet etiā ~~æthera~~ quod igneū vocat elementum . Insup quod dimetientē circuli Veneris p quā a Sole hinc inde xlv partibus plus minusve digreditur ∧ maiore esse oportet : q̄ ea quæ ex centro terræ ad infimā illius abside : ut suo dēmonstrabitur loco : Quid ergo dicet in toto eo spacio contineri : ~~quod~~ tanto maiori , q̄ quod terra aere æthera Lunā atqꝫ Mercuriū caperet ∴ et præterea ~~totum illud q~~ quod ingens ille veneris epicyclus ~~pauci taxare voluerit~~ ∴ Illa quoqꝫ ptolemaei argumētatio : q oportuerit mediū ferri Solē inter omnifariam digredientes ab ipso : et nō digredientes : q̄ sit impsuasibilis ex eo patet : quod Luna omnifaria et ipsa digrediens prodit eius falsitatē . Quā vero causā allegabunt ij qui sub Sole Venere deinde Mercuriū ponūt : vel alio ordine separant quod nō itidē separatos faciūt circuitus et a Sole diversos ut cæteri errantiū : si modo velocitatis tarditatisqꝫ ratio nō fallit ordinē ∴ Oportebit igitur vel terra nō esse centrum ad quod ordo syderū orbiumqꝫ referatur : aut certe rationem ordinis nō esse : nec apparere : cur magis Saturni q̄ Iovi seu alio cuivis superior debeatur locus . Quapp minime contemnendū arbitror : quod Martianus Capella q encyclopaidia scripsit : et q̄ quidam alij Latinorū pcalluerunt . Existimant enim : quod Venus et Mercurius circumcurrāt Solē in medio existentē : et eā ob causam ab illo nō ulterius digredi putāt q̄ suorū convexitas orbiū patiatur : quoniā terrā nō ambiunt ut cæteri : sed absidas conversas habet . Quid ergo aliud volūt

∧ sextuplo ∧

∴ occuparet : si cir^a^ terra ~~vel~~ qetam volveretur ∴

Signsirare q̃ circa solẽ esse centrũ illorũ orbiũ. Ita profecto
mercurialis orbis intra Venereũ, quẽ duplo et amplius ma-
iorẽ esse conuenit claudetur: obtinebitq; locum in ipa ampli-
tudine sibi sufficiẽte. Hinc sumpta occasione, si quis saturnũ
quoq; iouẽ et martẽ ad illud ipm centrũ conferat: dũmodo
magnitudinẽ illorum orbiũ tantã intelligat: quæ cum illis
etiã imanente cõtineat ambiatq; terram, no errabit. Quod
eamomca illorũ motuũ ratio declarat. Constat em propinquores
esse terræ, semp circa occidentẽ exortum: hoc est quãdo sol
opponitur: mediante inter illos et solẽ terra: remotissimos
autẽ a terra in occasu occidentẽ: quãdo circa solẽ occultatur
dum videlicet inter eos atq; terrã solẽ habemus. Quæ satis
inducant centrũ illorum ad solem magis ptinere: et idem
esse ad quod etiã Venus et Mercurius suas obuolutiones cõ-
ferunt. Atuero omnibus his uni medio immixis, necesse
est id quod inter conuexũ orbẽ Veneris et cõcauũ Martis
reliquitur sparũ: orbem quoq; sue sphæram discerni cum illis
homocentrũ secũm utramq; superficiem: quæ terra cũ pcedis-
sequa eius Luna et quicquid sub Lunari globo continetur ten-
piat. Nullatenus em separare possumus a terra Lunã citra
controuersiã illi proximã existentẽ: pcertim cum in eo spa-
cio conuenientem satis et abundãtem illi locum reperiamus
promot no pndet nos fateri hoc totum quod Luna pcingit
ac centrũ terræ p orbem illum magnũ inter cæteras erratas
stellas annua reuolutione circa solẽ transire: et circa ipm
esse centrũ mundi: quo etiã sole imobili pmanente: quicquid
de motu solis apparet: hoc potius no mobilitate terræ ve-
rificari: tanta vero esse mundi magnitudine: vt cum illa
terræ a sole distantia: ad quoslibet alios obes erratũ
syderum magnitudine habeat pro ratione suarũ illarũ
amplitudinũ satis euidente; ad no errantiũ stellarum
sphæra collata no appareat: quod facilius concedendũ
puto: qua in infinitã pene orbiũ multitudine distrahi
intellectum: quod coacti sint fatere: qui terram in
medio mundi detinuerũt: sed naturæ sagacitas magis se-
quenda est: quæ sicut maxime cauit supfluũ quidda vel
inutile produxisse: ita potius una sepe rem multis dotauit
effectibus. Quæ omnia cum difficilia sint ac pene inopi-
nabilia nempe contra multorũ sententia: in processu ta-
men fauente deo: ipo sole clariora fauemus: mathema-
ticam satis artem no ignorantibus. Quapropter prima

ratione salua manēte, nemo em cōueniētiore allegabit
q̄ ut magnitudīe orbium multitudo tps metiatur, ordo sphæ-
rarum sequtur in hunc modū: a sūmo capientes initium.
prīma et
fi
1 Stellarū fixarū sphæra īmobilis

2 Saturnus xxx anno revolvitur

3 Jovis xij ānorū revolutio

4 Martis bima revolutio

5 Tellurus cū Luna ānua re.

6 Veneris nonimestris

7 Mercurius xxc. dierū

Sol

Suprema omniū est stellarum
xarum sphæra seipam
et oīa continēs
Ideoq̄ īmobilis
nempe vni-
uersi locus
ad quē
mot
us
et
p
o

ri-
tio
re-
torū
omniū
syderum
comperatur
Nam quod
aliquo modo illā
ctiā mutari existimāt
aliqui:
nos aliā, cur ita appareat
in deductione motus terrestris assignabimus causam. Sequt
errantium primus Saturnus: qui xxx anno sūm complet circu-
itū post hunc Jupiter duodecennali revolutione mobilis. Dein
Mars ~~volu~~ qui biennio circuit. Quartū in ordine ānua revolu-
tio locum optinet: in quo terrā cum orbe Lunari tamq̄ epicyclio
contineri dicimus. Quinto loco Venus nono mense reducitur

Sextum demq̃ locum Mercurius tenet octuagenta duũ
spacio circumcurrẽs. In medio vero oĩm residet Sol.
Quis em̃ in hoc pulcerrimo templo lampadẽ hanc in alio vel
melioi loco poneret: qua vnde totum simul possit illuminare.
Sigdem nõ inepte q̃dam lucernã mũdi: alij mentẽ: alij rectore
vocant. Trimegistus visibile deum. Sophocles Electra intuentẽ
oĩa Ita profecto tamq̃ in solio regali Sol residẽs circum-
gerentem gubernat astrorum familiam. Tellus quoq; minime
fraudatur Lunarj ministerio. sed ut aristoteles d animalib ait.
maximã Luna cum terra cognationẽ habet: Concepit interea
a Sole terra: et impregnatur anno partu. Inuenimus autem sub igitur
hac ordinatione admirandã mũdi symmetriã: ac certũ armoniae
motus et magnitudis orbium: qualis alio modo reperiri
non potest. Huc enim licet aduertere, nõ segniter cõtẽplanti
Cur maior in Ioue progressus et regressus appareat q̃ in Saturno
et minor q̃ in Marte. ac rursus maior in Venere q̃ Mercurio.
Quodq; frequentior appareat in Saturno talis reciprocatio q̃a
in Ioue: rarior adhuc in Marte, et in Venere q̃ in Mercurio
preterea qd Saturnus Iupiter et Mars accronicti propinquiores sit
terrae q̃ cetera eorum occultationẽ et apparitionẽ. Maxime vero
Mars pernox fulgus magnitudine Iouẽ equare videtur, colore
dũtaxat rutilo discretus, illuc autẽ vix inter sedẽ magnitudis stellas
conspicuntur inuenitur, sedula obseruatione scrutantibus ipm reperiri
Quae omnia ex eade causa proueniũt quae in telluris est motu.
Q; autẽ nihil eorum appareat in fixis immensam illorum argent
celsitudinẽ: quae faciat etiã animi motus orbem sue eius imaginẽ
ab oculis euanescere. Quoniã omne visibile longitudinẽ distatiae
habet aliqua q̃a aduentante nõ amplius spectatur: ut demo- f voltra
stratur in Optices quod fecimus. Q; em̃ a supremo errantium
Saturno ad fixarũ sphaeram adhuc plurimũ interest, scintillatia
illorum lumina demonstrat. Quo indicio maxime discernuntur
a planetis. Quodq; inter mota et nõ mota maximã oportebat
esse differentiã. Tanta nimirũ est diuina haec opt Max fabrica

De triplici motu telluris demonstratio Ca decimũ

Cum igitur mobilitati terrenae tot tantaq; errantiũ syderum
consentiat testimonia, iam ipum motum in suma exponemus
quatenus apparetia p ipm tamq̃ hypothesim demonstrentur.
triplicem omnino oportet admittere. Primũ, quẽ diximus κυ-
κλοφορικον a grecis vocari rdiei noctisq; circuitũ proprium ac
Imediatum: circa axem telluris: ab occasũ in ortum vergentem:
prout in diuersum mũdus ferri putatur: aequinoctialẽ circulũ de-
scribendo: quẽ non nulli aequalem dicunt: imitantes significationẽ

b

græcorum: apd quos ἀφ' ἑσπερίους vocatur. Secundus est motus centri ānuus: qui circulum signorum describit. circa Solē ab occasu simpliciter in ortum: id est in consequētia procurrēs: inter Venerē et Martem: ut diximus, cum sibi nūbentibus. Quo fit ut ipe Sol simili motu Zodiacum ptransire videatur. Quemadmodum verbi gra, Capricornū centro terræ ꝓmanente. Sol Cancrū videatur ptransire: ex aquario Leonē: et sic deinceps ut dicebamus. Ad hunc circulum q ꝓ medium signorū est et eius supficiē oportet intelligi æqnoctialem circulum et axem terræ cōuertibilē habere inclinationē. Quoniā si fixa manerēt: et nō nisi centri motu simpliciter sequerentur: nulla appareret diei et noctis inæqlitas: sed semp vel solstitiū: vel bruma vel æqnoctiū: vel æstas vel hiems: vel utrumq; eade temporis qualitas maneret sui similis. Sequitur ergo tertius declinationis motus ānua quoque revolutione, sed in ꝓcedentia: hoc est contra motū centri reflectēs. Sitq; ambobus iuuicem æqualibus fere et obliquis mutuo, euent: ut axis terræ et in ipo maximus parallelorū æqnoctialis i eandem fere mūdi partem spectent: pinde ac si īmobiles ꝓmanerēt. Sol iterim moueri cernitur ꝓ obliqtatē signiferi: eo motu quo centrū terræ: nec aliter q si ipm esset centrū mūdi: dūmodo memineris Solis et terræ distantiā visus nros iam exceſſisse in stellarum fixarum sphæra. Quæ cum talia sint quæ oculis subiici magis q̄ dici desyderat, describamus circulū a b c d qui repsentauerit annuus centri terræ circuitus in supficie signiferi: et sit e circa centrum eius Sol. Quem qdem circulū secabo quadrifariam subtensis diametris a e c et b e d. primetum a teneat Cancri principiū b Libræ c Capricorni d Arietis. Assumamus aūt centrum terræ primū in a sup quo designabo terrestre æquinoctiale f g h: sed non in eode plano: nisi quod g a i diametes sit circulorū sectio communis æqnoctiali mq; et signiferi. Ducta quoq; diametro f a h ad rectos angulos ipi g a i: sit f maxime declinationis limes in bōrea. h vero in austrū. His sane sic propositis. Solē circa e centrū videbimur terrestres sub capricorno brumalem conuersionē faciente: qua maxia declinatio ~~boreæ~~ austrina h/ad Solē conuersa efficit. Quoniā declinans æqnoctialis ad a e lineam ꝓ revolutionē dnicā detornat sibi tropicum ~~Solstitiale~~ parallelum scām distantiā quam sub e a h angulus inclinationē comphendit. Proficiscatur modo centrum terræ in cōsequentia ac tantumdē f maxime declinationis terminus, in præcedētia donec utriq; in b ꝑgerint quadrantes circulorū. Manet interea i angulus semp æqualis ipi a e b ꝓp æqualitatē revolutionū et diametientes semp admittē f a h ad f b h et g a i ad g b i.

austrū
borea

hiemale

æquinoctialisq; æqnoctiali parallelus. Quæ propter causam iam
sepe dictam apparent eadē in īmensitate cæli. Sequitur ex 6 libro
principio e sub Ariete apparebit: comitabitq; sectio circulorū cōis
in vna linea gbie ad quā diurna revolutio millam admittet
declinationē: sed omnis declinatio erit a Lateribus. Stabitq; Sol
æqnoctio verno videbitur. Pergat centrū terræ cū assūpta
conditrombus: et parto in c semicirculo, apparebit Sol
camerum ingredi. At f australima æqnoctialis circuli
declinatio ad Solem conversa, faciet illum borēa
videri æstuū tropicū pcurrentem: pro ratiōe
anguli e c f inclinationis. Rursus aver-
tente se f ad tertiū circuli quadrantem
sectio cōmunis g i in lineā ed cadet
denuo: vnde Sol in Libra spectatus
videbitur autūni æquinoctiū
confecisse. Ac deinceps eodē
processu h se paulatī ad Solē
se cōvertentēs redire faciet ea
que in principio vnde digredi
cœpimus. Aliter. Sit itidem in
subiecto plano a e c ~~circuli abc et~~
dimetiēs et sectio cōmunis circuli abc
erecti ad ipm planū. In quo circa a et c
hoc est sub cancro et capricorno describatur
p vnes circulus terræ p polos qui sit d g f i et
axis terræ sit d f boreus polus d australis f et
g i dimetiens circuli æqnoctialis. Quando igitur d f
ad Solem se cōvertit qui sit circa e atq; æqnoctialis circuli inclinato
borea sectā angulum q sub i a e: tunc motus circa axē describet
parallelum æqnoctiali australiū sectā dimetiētem k L et distā-
tia L i tropicum capricorni in Sole apparente. Sive ut rectius
dicā. Motus ille circa axē ad visum a c superficiē in summi-
tate cōi: in centro terræ habentē fastigiū basim vero
circulū æqnoctiali parallelū: in opposito quoq; signo
c omnia pari modo eurmit: sed cōversa. Patet igit
quomodo occurrentes inuicem bini motus: centri mq et incli-
nationis cognint axē terræ in eodē libramento manere
ac positione consimili: et apparere
omnia quasi sint solares motus





Dicebamus aūt centri et declinationis ānuas reuolutiones
propemodū esse æquales: quoniā si adamussim id esset, oporteret
æquoctiaha, solstitialiaq; puncta, ac totā signiferi obliquitatem
sub stellarū fixarū sphæra haud quaq; permutari: sed cum mo-
dica sit differentia, nō nisi cum tpe grandescēs patefacta est:
a ptolemæo qdē ad nos usq; partim prope xxi: quibus illa
iam anticipant. Quā ob causam crediderūt alīq; stellarū quoq;
fixarum sphærā moueri: quibus idcirco nona sphæra superiorū
placuit: quæ dū nō sufficeret, nūc recentiores decimā supaddūt
nedum tamē finē assecuti: quē speramus ex motu terræ nos
consecuturos. Quo tamq; principio et hypothesi vtemur i
demonstrationibus aliorū. ~~Et si fuerimus Solis lunæq; cursuum~~
~~T immobilitate quoq; terræ demonstrari posse: in cæteris vero~~
~~erraticis minus congruit.~~ Credibile est hinc inde busque
causis philolaum mobilitatē terræ sensisse: quod etiā nonnulli
Aristarchum samiū ferunt in eadē fuisse sententia. non illa
ratione moti: quā allegat reprobatq; Aristoteles. Sed cum
talia sint: quæ nisi acri ingenio et diligentia diuturnaq; co-
phendi nō possent: latuisse tunc plerumq; philosophos: et fu-
isse admodum pauros: qui eo tpe syderiorum motuū calluerit
ratione, a platone nō tacetur. At si philolao vel cuiuis
pythagorico intellecta fuerit: verisimile tamē est ad po-
posteros nō profudisse. Erat em pythagoreorū obseruatio
nō tradere scīs scīs: nec pandere omnibus arcana phiæ
Sed amicorum dūtaxat et propinquorū fidei cōmittere
ac per manus tradere. Cuius rei monumentum extat
Lysidis ad Hipparchū epta: quā ob memoratas sententias
et ut appareat: quā pciosam penes se habuerit phiam
placuit hinc inserere: atq; hinc primo libro p ipam in-
ponere finē. Est ergo exemplum eptæ: quod e græco
vertimus hoc modo. ~~Lysis Hipparcho salutē~~
Post excessum pythagoræ: nūquam mihi psuasisse futurū
ut societas discipulorū eius diu pergeret. Postq; autē
præter spem, tamq; naufragio facto alius ab alio delati
diuersiq; fuimus, pū tamē est diuinorū illius pcep-
torum memisse: neq; communicare phiæ bona, ps q neq
animi purificatione seriaurat. Non em decet ea
porrigere omnibus: quæ tantis laboribus summus conse-
cuti. Quēadmodū neq; Eleusiniaq; deaū arcana pro-
phanis hominibus licet patefacere: peræq; em iniqui

